



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 14. Joannis Vigandi exitium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

ctavo
Con-
sece-

tus.

colit
qui
quos
erat.
nisi
lmo-
gens
ndi,
erat:
erci-
iare
apu-
rum
Im-
lese
ra-
ge-
sæ-
em
dia
en-
um
ari-
que
ya-
it,

fit, obiitque sanctitatis fama clarus die
decima octava Maji Anno Incarnatio-
nis Dominicæ millesimo quingentesimo
octogesimo septimo.

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

§. XIV.

Joannis Vigandi exitium.

Pariter ex Lutheri Sectatoribus cele-
bris quidam Theologus nomine Jo-
annes Vigandus hoc anno die vigesima
prima Octobris sexagesimo quarto æta-
tis suæ anno e vivis ereptus est. Is
Mansfeldiæ ex tenuis quidem fortunæ
parentibus, qui tamen opum inopiam
honestate, ac probitate compensabant,
natus absoluto studiorum curriculo in-
fausto fato Lutherum, & Melanchto-
nem Magistros habuit, unde Mansfel-
diæ, Magdeburgi, Jenæ, & Wisma-
riæ Protestantium Ecclesiarum Minister
nominabatur, ac unacum Matthia Flac-
cio Illyrico operam suam locabat ad
concinnandas Historiæ Ecclesiasticæ
centurias, quod opus notum est sub
nomine Centuriatorum Magdeburgen-
sium: confecto autem hoc libro Vigan-
dus a Stephano Batorio Poloniæ Rege
juxta pacta inter Polonos, & Borussos
inita Pomeraniæ, ut vocant, Superin-
tendens nominabatur: porro tum hu-
jus Ecclesiæ sedes, quæ olim Mariæ-
werdæ hujus Provinciæ urbe erat, rur-
sus

*Thes. l. 88.
Melch. A-
dam vit.
Theol.
Germ.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

fus Culmensi jungebatur : hoc itaque munere Vigandus duodecim annis defunctus inter cetera opuscula elucubravit tractatum de imagine Dei in hominibus, atque alium de libero arbitrio hominis, necnon de legibus divinis, præter explicationes in Genesim, & methodum *de abstracto theologico*, ac denique opusculum de illustribus Ecclesie Viris.

§. XV.

Lessii, & Hamelii Jesuitarum doctrina de gratia, & Prædestinatione.

Fast. Academ. Lovan.
p. 372.

Postquam Facultatis Theologicæ explicatio Lovanii prodierat, cunctique Doctores sese eidem subjecerant, pax in Universitate tam firmiter stabilita credebatur, ut nihil ultra eam imposterum turbare posse videretur : at eodem tempore duo Jesuitæ Theologi Lessius, & Hamelius insurgent, qui nova sua doctrina de gratia, & Prædestinatione cunctas altercationes rursus innovabant, imo & vehementiores, quam antea, dissensionum flammam accendebant. Porro Lessius Antverpiæ die prima Octobris Anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto in Brechtanensi Parochia natus Jesuitarum instituto anno Christi mille-